

John Foxe, A Consideration On Not Punishing Adulterers

De non plectendis [ad]ulteris consultatio Ioannis Foxi

Bibliographic name/number: STC (2nd ed.) / 11235.

[Foxe, John, 1516-1587](#)

. [EEBO British Library records - unstructured](#). [48] p. London: [S. Mierdman?] per Hugonem Syngletonum, sub intersignio D. Augustini, 1548. Sig. Cijj
[page 19 of EEBO scan]

ciuitatem. Sed quid tum illis do-
minus? Nescitis, inquit, cuius e-
stis spiritus. Vehemens inerat il-
lis ardor, studiūque tuendæ præ-
ceptoris gloriæ, & tamen non
probat hunc in illis affectum do-
minus, quia charitate vacabat
Euangelica. Ita & isti piūm qui
dem ostendunt animum in vin-
dicandis peccatoribus: quem nō
omnino improbarim, sed quia
non coniungunt simul eum spi-
ritum, quem Christus tantopere
in suis requirit omnibus, tum
maxime pastoribus, nō est quod
zele illorum faueamus. Ita fugi-
enda Sylla est iuxta prouerbij cō-
siliū, ne in charybdam incida-
mus. Ita temperanda sunt pasto-
ribus Euangelicis consilia sua ut
ne quid peccent interim aut di-
uaricent ab illo spiritu, ad cuius
regulam ceu ad scopum omnis
vita

vita actioque nostra dirigenda
est. Itaque merito laudatur illa
Pauli vox: Omnia mihi licent, **I. Cor. vi.**
sed non omnia expediūt. Ad cu-
ius itidē exemplum nobis quo-
que perpēdendum est, nō quid
liceat, nō quid permittat ius no-
strum, non quid ferant tempora
sed quid expediat fieri. Scio qui-
dem hanc Christianorū plusquā
ferinam licentiam, scio supra
hæc atq; adulteria non tam late
quam impune grassantia, non
aliud promereri, quam ut legū
strictissimis cancellis coercean-
tur. Cæterum non necesse est do-
ctores euangelicos ilico exerere
vim suam quam suadet humana
ultio. Sed spū lenitatis sese mo-
derari, reputātes apud se nō quid
licet, sed quid in quaque re expe-
diat. Quicquid licet magistrati-
bus, externæ reip. aut apud illos
C ij expe

zelo illorum faveamus. “Ita fugienda Sylla est,” juxta proverbii consilium, “ne in Charybdim incidamus.” Ita temperanda sunt pastoribus evangelicis consilia sua ut ne quid peccent interim aut divaricent ab illo spiritu, ad

333

cujus regulam ceu ad scopum omnis vita actioque nostra dirigenda est. Itaque merito laudatur illa Pauli vox: “Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.” Ad cujus itidem exemplum nobis quoque perpendendum est, non quid liceat, non quid permittat jus nostrum, non quid ferant tempora, sed quid expediat fieri. Scio quidem hanc Christianorum plusquam ferinam licentiam, scio stupra haec atque adulteria, non tam late quam impune grassantia, non aliud promereri, quam ut legum strictissimis cancellis coerceantur. Craterum non necesse est doctores evangelicos ilico exerere vim suam quam suadet humana ultio. Sed spiritu lenitatis sese moderari,